



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Vigesima nona causa. Conjugium servile tenet vigesima nona. Duæ
quæstiones vigesimæ nonæ causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

C. II. **¶** *Lacet fidelis aliam ducere uxorem, quam i Christiana fidei odio infidelis dimittit.*

Gregorius autem contra testatur, dicens.

SI infidelis discedit odio Christianae fidei, discedat. Non est enim frater aut foror subiectus servituti in huiusmodi. Non est enim dimissio peccatum propter Deum, si alii se copulaverit. Contumelia quippe creatoris solvit ius matrimonii circa eum qui relinquitur. Infidelis autem discedens, & in Deum peccat, & in matrimonium: nec est ei fides servanda conjugii; quia b propterea discedit, ne audiret Christum, Deum 2 Christianorum conjugiorum.

¶ *Hac non sunt inventa apud B. Gregorium: sed apud B. Ambrosium ad cap. 7. 1. Corinthiorum eadem feri leguntur, plenius, atque aptius exposita.*

1 **¶** *Quam] Sic etiam in vetustis: sed si legeretur, quem magis videretur respondere verbis ipsius capituli:*

2 **¶** *Christum Deum.] In loco indicato est, ne audiret auctorem esse Christianorum Deum conjugii.*

Hic distinguendum c est, aliud esse, dimittere volentem cohabitare, atque, aliud, discedentem non sequi. Volentem enim cohabitare licet quidem dimittere, sed non ea vivente aliam superducere d: discedentem vero sequi non oportet, & ea vivente aliam ducere licet. Verum hoc non nisi de his intelligendum est, qui infidelitate copulati sunt. Ceterum si ad fidem uterq. conversus est, vel si uterq. fidelis matrimonio iunctus est, & procedente tempore alter eorum a fide discesserit, & odio fidei conjugem dereliquerit, derelictus discedentem non comitabitur: non tamen illa vivente alteram ducere poterit, quia ratiom conjugium fuerat inter eos, quod nullo modo solvi potest.

QVÆSTIO III.

Vtrum verò bigamus sit reputandus, qui ante baptismum habuerit unam, & post baptismum alteram, auctoritate Hieronymi patet. *Aut enim super epistolam Pauli ad Timotheum.*

C. I. **¶** *Non est bigamus, qui ante baptismum habuerit unam, & post baptismum alteram.*

Oportet e Episcopum unius uxoris esse virum. Verum hoc post baptismum. Ceterum, si ante baptismum habuit unam, & post baptismum habuerit aliam, non est reputandus bigamus, cui prorsus innovato per baptismum omnia vetera sunt dimissa.

¶ *Sententia huius capituli habetur supr. dist. 26. c. unius. ex glossa ordinaria prima ad Thimotheum c. 3. Beatus autem Hieronymus hanc rem, & in epist. ad Tit. c. 1. attingit, & in epistola ad Oceanum capituli tractatur.*

C. II. **¶** *Non debet fieri Episcopus, qui ante baptismum habuerit unam, & post baptismum alteram.*

Augustinus verò contra testatur, & Innocentius. Aut enim Augustinus super epistolam Pauli ad Titum.

Actius f verò intelligunt, qui nec eam ordinandum censuerunt, qui ante baptismum habuerit unam, & post baptismum alteram. In baptisate enim crimina abolentur, non fœderatio conjugii dissolvitur. Sicut illis: quæ catechumena vitata est, inter Dei virgines consecrari non potest, sic qui ante baptismum habuit unam, & post baptismum alteram, non nisi bigamus

a Sent. 4. dist. 39. Gloss. 1. Corin. 7. ad illud: (non est enim frater.) b al. qua. c Sent. 4. dist. 39. d al. superinducere. e Suprà dist. 26. unius. f Suprà dist. 26. Act. 116.

est reputandus. Amisit enim quiddam non ad vitæ ritum, sed ad signaculi sacramentum.

¶ *Sententia huius capituli habetur in collectaneis Bedæ, & glossa ordinaria ad c. acutius.*

Item Innocentius Ruffo a & Eusebio Episcopo Macedoniaensis argumentis probat talem bigamum reputari. Quia ergo huiusmodi causa in presenti agitur, ante baptismum habuit unam, & post baptismum alteram, bigamus iudicatur: & licet vitæ merito & industria scientia polleat, tamen in Episcopum ordinari non potest.

CAUSA XXIX.

Vidam mulieri nobili nunciatum est, quid a se cuiusdam nobilis petebatur in conjugem: premissa assensum. Alius vero quidam ignobilis, atq. servilis conditionis, nomine illius, seipsum ab illa, & eam in conjugem accepit. Illa, qui prius nobili fuerat, tandem venit, eamq. sibi conjugem petens. Illa si ab illa conquiretur, & ad prius copulam aspirat.

- 1 **¶** *Hic primum quaeritur, an sit conjugium inter eos.*
- 2 **¶** *Secundo, si prius putabat hunc esse liberum, & postea dependit illum esse servum, an liceat ei facere ab illo discedere.*

QVÆSTIO I.

Quod b autem conjugium sit inter eos, probatur hoc modo. Conjugium sive matrimonium est viri & mulieris coniunctio, in illi viduam vitæ consuetudinem retinere. Quoties. Consensus utriusq. matrimonium facit. Quia ergo si iuncti sunt, ut inviduam vitæ consuetudinem conservarent, quia uterq. consensit in alterum, conjuges sunt appellandi. **¶** *His res respondetur. Consensus est divinum vel plurimum sensus in idem. Qui autem errat, non sentit; ergo non consentit, id est, simul cum alio sentit. Hac autem erravit non ergo consensit: non itaq. iunctus est appellanda, quia non fuit ibi consensus utriusq. sine quo nullum matrimonium esse potest. Sicut enim qui ordinatur ab eo quem putat esse Episcopum, & adhuc est laicus, errat, nec vocatur ordinatus, imò ab Episcopo adhuc est ordinandus; sic ista viri nullo est copulata conjugio, imò adhuc est copulanda. **¶** *Ad hæc, non omnis error consensus evacuat: Qui enim accipit in uxorem corruptam, quæ putat virginem, vel qui accipit veteratam, quam putat esse castam, uterque errat, quia ille corruptam uxorem virginem, & iste meretricem reputat castam. Nonquid e ergo dicendi sunt non consensisse in eas? aut dabitur utriq. facultas dimittendi utramq. & ducendi aliam? Verum est, quod non omnis error consensus excludit, sed error alius est persona, alius sententia, alius conditio, alius qualitatis. Error persona est, quando putatur esse Virgilius, & ipse est Plato. Error sententia, quando hic putatur esse dives, qui est pauper, vel e converso. Error qualitatis, quando putatur esse liber, qui servus est. Error sententia & qualitatis conjugii consensum non excludit. Error verò persona & conditio, conjugii consensum non admittit. Si qui enim pauper retinetur se venditurum agrum Marcello, & postea veniat Paulus dicens se esse Marcello, & emeret agrum ab illo, nonquid non Paulus convenit iste de pretio, aut dicens est agrum sui vendidisse? Item si qui promitteret se venditurum mihi agrum, & pro auro offerret mihi orchalcum, & ita me deciperet, nonquid diceret consensisse in orchalcum? Nunquam volui emere orchalcum; nec ego aliquando in illud consensi, quia consensus non est nisi voluntatis. Sicut ergo hic error materia excludit consensum, sic & in conjugio error persona. Non enim consensit in hanc, sed in eam quem putabat esse. Sed objicitur d. Jacob non consenserat in Leam, sed in Rachel: septem siquidem annis pro Rachel servaverat. Cum ergo**

a sup. dist. 26. deinde & sup. ea q. r. g. r. nunquid. b 27. a. in prim. c 4. Sent. dist. 30. d Gen. 29.



ingenue dimitti non potest, sic nec servus semel conjugio copulatus ulterius dimitti poterit.

¶ Caput hoc apud Burchardum & Ivonem sequitur post ultimam verba capiti, si quis ancillam infra eadem.

¶ Si autem omnes] Hæc usque ad finem habentur quidem in Panormia, sed non apud Burchardum & Ivonem, videnturque ipsius collectoris.

C. II. ¶ Ancillam in matrimonio susceptam viro dimittere non licet.
Item Zacharias Papa a.

¶ Si b quis liber ancillam in matrimonium acceperit, non habet licentiam dimittere eam (si consensu amborum conjuncti sunt) excepta i causa fornicationis: sed una lex deinceps erit per omnia & viro & foemina.

¶ Excepta] Hic usque ad finem non sunt in Capitularibus, neque apud Ivonem, qui illa citat. Magister vero sententiarum habet, nisi ob fornicationem.

C. III. ¶ Inter patronum & libertam constat esse matrimonium legitimum.
Item Iulius Papa.

¶ Si c quis ancillam suam libertate donaverit, & in matrimonium sibi sociaverit, dubitatur a apud quosdam, utrum hujusmodi nuptiæ legitime esse videantur, an non. Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentes: talia connubia legitima esse censuimus. Si enim ex affectu sunt omnes nuptiæ, & nihil impium, & legibus contrarium in tali copulatione fieri potest, quare prædictas nuptias inhibendas existimamus?]

¶ pars.] Hu ita respondetur. Non negatur ingenue posse manere servo, sed dicitur, quod si nescitur esse servili conditioni, liberè potest dimitti, cum servitus eius fuerit deprehensa. Illud autem Apostoli & Iulii Papa intelligendum est de his, quorum conditio trique nota est. Hujus autem conditio mulieri incognita erat; non ergo præmissis auctoritatibus cogitur manere cum illo, sed liberum illi esse ostenditur vel manere, vel discedere.

C. IV. ¶ De eo, qui ancillam duxit in uxorem, quam putabat esse liberam.
Unde in concilio apud Vermeriam, cui interfuit Rex Pipinus, statutum est, cap. 6.

¶ Si g quis ingenuus homo uxorem ancillam alterius accepit, & existimat quod ingenua sit, si ipsa foemina fuerit postea in servitute detecta, si eam à servitute redimere potest, faciat: si non potest, si voluerit, aliam accipiat. Si autem ancillam eam scierat & collaudaverat, prout 2 legitimam eam habeat. Similiter & mulier ingenua de servo alterius facere debet.

¶ Scriptum est nomine totius universitatis Lovaniensis ad S. D. N. Gregorium XIII. extare in bibliotheca B. Trudoni libri manu scriptum sub hoc titulo, Excerpta decretorum, in quo inter alia capitula istius concilii apud Vermeriam habentur hoc & sequens caput.

¶ Detecta] Apud Magistrum legitur, in servitute detecta: apud Burchardum vero, inservita: quod verbum hac eadem notione habetur lib. 3. Capitularium, c. 28.

¶ Prout] In aliquot vetustis codicibus est, Post ut, itemq, postea ut, quemadmodum & apud Burchardum & Ivonem.

a Capit. l. 6. c. 74. b Sentent. 4. distict. 36. Ivo part. 3. cap. 53. c Polye. l. 6. tit. 4. Burch. l. 9. c. 18. Ivo p. 8. c. 156. Panm. l. 6. cap. 37. d al. dubitatur. e al. consuimus. f al. existimaverimus. g 4. Sent. dist. 33. Burch. l. 9. c. 26. Ivo p. 8. c. 164. Panorm. lib. 6. cap. 41. & 111.

QVASTIO II.

¶ Secunda quæstio proposita est de conditione, an liceat mulieri dimittere eum, quem putabat liberum, si postea illum invenit servum. Quod vero mulieri non liceat à servo dimittere, multo rationibus videtur posse probari. In d. Christo enim legitur hoc est iudicium, nec Græcus, nec servus, neque liber: ergo nec in conjugio Christianorum. Eadem enim lege in fide Christi utimur. Iudicium enim ab e. Apostolo dicitur omnibus: [R. ubi natus, natus in Domino.] Erratum: [mulier natus cui vult; natus in Domino.] Non præcipitur, ut ingenua natus ingenua, an illa servo; sed qualiter carum, cui vult, natus, dicitur in Domino.

C. I. ¶ Licet servo matrimonio contrahere.
Item Iulius Papa, cap. 4.

¶ Quibus f nobis unus est pater in cælis, & unusquisque dives & pauper, liber & servus, æqualiter pro se, & pro animabus eorum rationem redditi sunt. Quapropter omnes, cuiuscumque conditionis sint, unam legem (quantum ad Deum,) habere non dubitamus. Si autem omnes 1 unam legem habent, ergo sicut

a Isp. 24. q. 1. & 2. e. in lectum. b 2. Cor. 11. c al. cessisse. d Gal. 3. e 7. Corinth. 7. f Burch. l. 9. c. 18. Ivo p. 8. cap. 165. Panm. l. 6. c. 1. g al. datur.

ingenue dimitti non potest, sic nec servus semel conjugio copulatus ulterius dimitti poterit.

¶ Caput hoc apud Burchardum & Ivonem sequitur post ultimam verba capiti, si quis ancillam infra eadem.

¶ Si autem omnes] Hæc usque ad finem habentur quidem in Panormia, sed non apud Burchardum & Ivonem, videnturque ipsius collectoris.

C. II. ¶ Ancillam in matrimonio susceptam viro dimittere non licet.
Item Zacharias Papa a.

¶ Si b quis liber ancillam in matrimonium acceperit, non habet licentiam dimittere eam (si consensu amborum conjuncti sunt) excepta i causa fornicationis: sed una lex deinceps erit per omnia & viro & foemina.

¶ Excepta] Hic usque ad finem non sunt in Capitularibus, neque apud Ivonem, qui illa citat. Magister vero sententiarum habet, nisi ob fornicationem.

C. III. ¶ Inter patronum & libertam constat esse matrimonium legitimum.
Item Iulius Papa.

¶ Si c quis ancillam suam libertate donaverit, & in matrimonium sibi sociaverit, dubitatur a apud quosdam, utrum hujusmodi nuptiæ legitime esse videantur, an non. Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentes: talia connubia legitima esse censuimus. Si enim ex affectu sunt omnes nuptiæ, & nihil impium, & legibus contrarium in tali copulatione fieri potest, quare prædictas nuptias inhibendas existimamus?]

¶ pars.] Hu ita respondetur. Non negatur ingenue posse manere servo, sed dicitur, quod si nescitur esse servili conditioni, liberè potest dimitti, cum servitus eius fuerit deprehensa. Illud autem Apostoli & Iulii Papa intelligendum est de his, quorum conditio trique nota est. Hujus autem conditio mulieri incognita erat; non ergo præmissis auctoritatibus cogitur manere cum illo, sed liberum illi esse ostenditur vel manere, vel discedere.

C. IV. ¶ De eo, qui ancillam duxit in uxorem, quam putabat esse liberam.
Unde in concilio apud Vermeriam, cui interfuit Rex Pipinus, statutum est, cap. 6.

¶ Si g quis ingenuus homo uxorem ancillam alterius accepit, & existimat quod ingenua sit, si ipsa foemina fuerit postea in servitute detecta, si eam à servitute redimere potest, faciat: si non potest, si voluerit, aliam accipiat. Si autem ancillam eam scierat & collaudaverat, prout 2 legitimam eam habeat. Similiter & mulier ingenua de servo alterius facere debet.

¶ Scriptum est nomine totius universitatis Lovaniensis ad S. D. N. Gregorium XIII. extare in bibliotheca B. Trudoni libri manu scriptum sub hoc titulo, Excerpta decretorum, in quo inter alia capitula istius concilii apud Vermeriam habentur hoc & sequens caput.

¶ Detecta] Apud Magistrum legitur, in servitute detecta: apud Burchardum vero, inservita: quod verbum hac eadem notione habetur lib. 3. Capitularium, c. 28.

¶ Prout] In aliquot vetustis codicibus est, Post ut, itemq, postea ut, quemadmodum & apud Burchardum & Ivonem.

a Capit. l. 6. c. 74. b Sentent. 4. distict. 36. Ivo part. 3. cap. 53. c Polye. l. 6. tit. 4. Burch. l. 9. c. 18. Ivo p. 8. c. 156. Panm. l. 6. cap. 37. d al. dubitatur. e al. consuimus. f al. existimaverimus. g 4. Sent. dist. 33. Burch. l. 9. c. 26. Ivo p. 8. c. 164. Panorm. lib. 6. cap. 41. & 111.

C. V. ¶ Non licet mulieri dimittere, quem
sciens servum accepit in
virum.

Item ex eodem, c. 1. a

Si foemina ingenua acceperit servum, sciens quod ser-
vus esset, habeat eum; quia i omnes unum patrem
habemus in caelis. Vna lex erit viro & foemina.

¶ Quia omnes unum patrem h. in c.] Verba haec non
sunt in Capitularibus, nec apud Ivo nem part. 8. c. 52. ubi ipsa citat
capitularia. Sunt tamen apud eundem c. 164. ubi refert ex concilio
apud Vercemeriam, quemadmodum patet Gratianus.

C. VI. ¶ Servitutis occasione dimitti non valet,
quis post controversiam status se in li-
bertatem asserue-
rit.

Item Gregorius lib. 6. epist. 1. seu cap. 165. ad
Fortunatum Episcopum.

Cujus rei causa cum matre sua huc compulsa anno
præterito praesentium venerit latrrix, fraternitas tua
cautius b novit, quia e scilicet maritus suus vester cle-
ricus ob hoc, quod de servili fuerat conditione pulsata,
à suo noscitur eam removisse consortio, vobis que hic po-
sitos afferunt promississe, ut si probare se liberam, adjuvan-
te Domino, valuisset, suo eam vos conjugio reformare-
tis. Fraternitas igitur vestra cognoscat, quod revelante
Deo libertatis auctore, approbata sit libera, nulla que in
ea macula servilis inventa est. His ergo cognitis, sine
mora aliqua suo per vos eam volumus marito restitui,
nec ulterius idem vir ejus argumenta sibi occasionis d
exquirat, quibus eam possit abjicere. Nam si à vobis
(quod non credimus) minime fuerit adimpletum, eam-
que recipere forte distulerit, nos illud cognoscatis cum
disticta vindicta correcturos.

Cum dicitur c: [sciens illum servum,] datur intelligi, quod
si noscires illum servum esse, non cogitur cum eo manere. Quia
ergo hac & persona & conditionis dolum passa est, non cogitur ad-
herere ei, cujus fraude decepta est: si vero liberum acceperit, &
sibi, ut causam praestes distidit, se ab eodem servum fecerit, nec ille
uxorem dimittere, nec illa ad vinculum conjugii in servitutem re-
digi poterit.

C. VII. ¶ Occasione conditionis dolorem mutans,
vir non discedat ab ea, quam li-
bertatis tempore acce-
perit.

Unde in Triburicensi concilio.

Perlarum f est ad sanctam synodum, quod quidam
ingenuus ingenuam accepit uxorem, & post filiorum
procreationem occasione divortii eamdem servum se-
fecit, utrum necessarii mulierem tenere debeat: & si
tenuerit, utrum illa quoque secundum secularem legem
servituti subijci debeat, quaesitum est. i. iudicatum est,
uxorem minime debere dimitti, non tamen ob Christi
legem mulierem in servitutem redigi: dum ille non ex
consensu conjugis se servum fecerit, quem liberum ipsa
maritum acceperat.

¶ Quaesitum est] Haec duo voces absunt à ceteris collectori-
bus præter Magistrum. Lex vero secularis, cujus hic mentio fit, est
inter leges Longobardorum, ut in glossa dicitur.

Quaeritur etiam, si servus unus, alterius ancillam acceperit, an
sit conjugium inter eos.

a Et Capitul. lib. 3. cap. 18. 4. Sentent. ibidem. Burchard. lib. 9.
cap. 27. Ivo part. 8. cap. 52. & 55. Pannorm lib. 6. c. 42. b al. a-
cutius. c al. quam quia.] orig. & abo verborum ductu. d al.
aliqua occasione. e Infra, eadem, si famina. Sentent. ibidem.
f Sentent. 4. disticti 36. Burch. lib. 9. cap. 75. Ivo p. 8. c. 225. Pann.
lib. 6. cap. 99.

C. VIII. ¶ Legitima servorum conjugia sua au-
thoritate Domini non diri-
mant.

De his ita statutum est, in Concilio Cabilo-
nensi II. a cap. 30.

Distum est nobis, quod quidam legitima servorum
conjugia b potestativa quadam presumptione
dirimant, non attendentes illud Evangelicum c. [Quod
Deus conjunxit, homo non separat.] Vnde nobis vi-
sum est, ut conjugia servorum non dirimantur, etiam
diversos Dominos habeant; sed in uno conjugio perman-
entes, Dominis serviant suis. Et hoc in illis obliervan-
dum est, ubi legalis conjunctio fuit, & per voluntatem
Dominorum.

CAUSA XXX.

Uidam populorum frequentia impeditur, filios su-
um de baptismate suscipere, dum credentes se alienum
suscipere: uxor autem ejus, dum calide vult sus-
cipere proprium, suscipit alienum: quem vir ab-
pravus sibi insiluit, & ex uxore sibi filium nascitur,
quam sibi suo adoptivo, spirituali uxoris, dum uxor esset in carni-
lis, tradidit. Post triennium uxor mortua, & compati ejus;
liberam compatri uxoris sua vir clam sibi desponsam: ad quon-
dam tempore effluxit, & alius eam duxit in uxorem.

1. Quaeritur primum, an uxori sua debitum reddere valeat, qui
propria filium de sacro baptismate suscipit.
2. Secundo, an sponsalia contrahantur inter infantes.
3. Tertio, an spirituales, vel adoptivi filii naturalibus copulari va-
leant.
4. Quarto, an uxorem compatri uxoris sua alieni ducere possit.
5. Quinto, an clandestina desponsatio manifeste praedicitur.

QVAESTIO I.

Quod uxorem propriam filium in spirituales sibi trans-
iens, uxori sua debitum reddere non valeat, ratione
auctoritatis probatur. Nulla enim auctoritate permittit-
tur, ut quis commatri sua carnaliter copuletur. Hic autem ux-
orem suam sibi commatrem efficit: non ergo illi ulterius carnaliter
copulari poterit.

C. I. ¶ Separentur viri ab uxoribus, qui aliquo
casu natos proprios eorum Episcopo
tenent.

¶ Hinc Deus dedit sancta Romana ecclesia Episco-
pus, scribit Gerardo Hispanensi i
ecclesia Episcopo, & fratri
charissimo.

Pervenit ad nos Diacopus vester, sanctitatis vestrae
epistolam deferens, quod quidam viri & mulieres,
praeterito sabbatho paschali die pra magno populorum,
incursu nescientes proprios filios susceperunt ex lav-
acro sancto. Cupis ergo scire, si pro tali accidenti ratio-
ne debeant viri ac mulieres ad proprium utrum redire,
an non. Nos vero moesti ex hac re inquisivimus prio-
rum Patrum nostrorum dicta. Invenimus autem in archi-
vis hujus Apostolicae sedis, jam talia contigisse in eccle-
siis Mauria, Ephesiorum, simulq; Hierosolymis, aliarumq;
civitatum 2. Episcopis etiam eorum civitatum ab his

a Et in Capir. adjectis, cap. 15. Sent. ibid. B. Burch. lib. 9. cap. 29.
Ivo p. 16. c. 335. & part. 8. c. 167. Pann. lib. 6. c. 40. b al. matrimonium.
c Matth. 19. d Sent. 4. dist. 42. Poly. lib. 2. c. 4. Anselm. lib. 11.
cap. 29. Burch. lib. 7. cap. 44. Ivo part. 1. cap. 30. Pannorm. lib. 6.
cap. 127.

